


## **Spicilegium Academicum De Filia Nobili Usufructuaria Mecklenburgensi**

Rostochii: Typis Martini Warningii, [1736]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890386285>

Druck Freier  Zugang



SPICILEGIUM ACADEMICUM  
DE  
**FILIA NOBILI**  
**USUFRUCTUARIA**  
MECKLENBURGENSI,

Quod,  
DEO CLEMENTER ANNUENTE,  
&  
INDULTU ORDINIS JURIDICI,

PRÆSIDE  
**DN. ERN. JO. FRID.**

**MANZKE,**

JUR. DOCT. & PROF. ORD. h. FAC. DECANI  
IN ACADEMIA PATRIA

Anno MDCCXXXVI, d. 28. Aprilis

H. L. Q. C.

defendet

**BOGISLAUS CHRISTOPHORUS**

*du PUIITS,*

Eqves Mecklenb.

---

ROSTOCHII,

Typis MARTINI WARNINGII, AMPL. SENAT.

Typogr.



SPICILEGIUM ACADEMICUM  
DE  
FACULTATE NOBILIS  
MAGISTRORUM  
DEO CLEMENTER APOSPONTATE  
INDULTU ORDINIS JURIDICI  
FRID.  
BOGNERUS CHRISTOPHORUS  
DE PUTE  
HAB. IN  
1788



DEO PROPITIO.



lacuit, ab annis, non adeo paucis, domestici juris, tam publici, quam privati, in specie etiam feudalis, habere solertem rationem. Creverunt observationes, sed tot aliis distracto, ab amicis & inimicis impedito, creverunt in indigestam molem. Decollat spes illam farraginem in debitum redigendi ordinem, vel quod majus, poliendi eandem & ornatè instructam publico communicandi. Accedunt aliæ rationes, quæ publicationem dissvadere possunt. Mediam igitur interim elegi viam; Mecklenburgica mea juridica successive, per meras positiones succinctiores, communicabo, ne plane pereant; Qui eadem mecum, imo meliora & plura sciunt, ne quidem his lineamentis indigent: Qui cupidi autem adhuc sunt juris domestici, ansam hinc habent meditandi, scrutandi, præsertim quia fontes non ubiqve diffimulabo: Qui boni erga me sunt, uberiozem deductionem, re ita exigente, facile a me impetrabunt: Qui haruspices, philavtia vel invidia corrupti sunt, imo qui ingenium infame

Ingressus.

infame habent, sciant, me calcitationes contemnere dudum didicisse.

Hac vice libuit de *VIRGINIBUS USUFRUCTUARIIS* quædam, instar spicilegii, proponere. Occasionem præbuit Responsum, ad Instantiam Fautoris & Amici, Jcti inter nos celebratissimi, privato meo nomine, a me nuper datum, quodque, qua cardinem, hisce pagellis insertum. Faxit Deus, ut bona verba bono scribantur, dicantur die. Addant alii alia, poliant, dissentiant.

## Positio I.

Historia  
diff. de  
eodem  
themate.

Prodiit Anno MDCCI, mense Martio, heic Rostochii splendida & eruditissima Dissertatio juridica: *de Virgine nobili Mecklenburgica, ejusque circa feudum jure*; Autor illius est *Vir Generosissimus, splendidis nunc honoribus coruscus Dn. de LAUIZOW, Eques Mecklenb., Dominus in Levezow & rel.* Vir ob eruditionem & alias Nobili dignissimas virtutes præ multis illustris & inclytus, Cui DEus faustissima quævis largiatur. Accessit tunc temporis, ex more hujus Academiae, Præsidium Jcti & Antecessoris celeberrimi, *Beati nunc MULLERI*, Viri, quem scripta pragmatica vetant mori.

## Positio II.

Cujus  
hæc est  
spicilegi-  
um.

Laudatissimum hoc scriptum sexcenties & iterum sexcenties ex eo tempore fuit adhibitum, & ab illis, quibus non omnia aliena sordent, vel imperfecta sunt, vel quibus veritas non fuit gravis, nunquam absque enco-

encomio. Quia igitur in tam utili & vere pragmatico labore versari non ultima laus est, & vestigia bonorum premere gloriosum tam præeunti, quam sequenti, imo quia inventis facile est aliquid addere, hac vice, instar spicilegii, exhibere nonnulla volui. Addant alii alia & ulteriora, nam nec ego omnem hujus materiæ curam deponam.

### Positio III.

Ordine plane arbitrario progressurus, primo de Historia hujus juris singularis uberiora lubenter afferrem, nisi quædam videretur obstare religio. Paucis: Dubia est vulgaris illa assertio de Alberto Duce, qui etiam simul erat Rex Sveciæ: Scriptores nostri eandem semper inflant tibiam; *Nicolaus Marescalcus*, quem *Thurium* ut plurimum vocant, *Libro VII. cap. 3.* & in *der Neim-Chronick L. I. c. 72.* primus hujus rei autor est; *Latomus* eundem secutus est fideliter, pariter & *Lindenberg* in *Chronico Rostochiensi, L. I. c. 12.* est sic ulterius alii juniores. Nec negligenda sunt, quæ habet *Pontanus* in *Historia Daniae Libr. II. ad ann. 1397.* Verum non una, sed quinque sunt mihi rationes, ob quas hanc historiam pro dubia habeam. Sed sufficit una, quod nempe hujus juris Virginum vestigia jam dentur ante Albertum. *Conf. Wesenbecii Consilium mex allegandum*, quod medium circa seculi XVI. est peti- tum, n. 39. sqq. Et quid curiosis videtur de illo argu- mento, quod idem jus obtinuerit olim in Pomerania, vid. *MEVIUS Consil. 44. n. 46.*

Origo  
hujus Ju-  
ris dubia.

A 2

Posi-

## Positio IV.

Conje-  
ctura  
nova de  
eadem,

Vera origo hujus juris mihi videtur ex antiqua allodialitate feudorum omnis orbis petenda. Vid *Responsum insertum*. Est igitur ex allodialitatis reliquiis non minus, quam ille passus, quod nostra feuda, nemine cum sale dissentiente, indistincte, utut in subsidium, sint æri alieno, etiam chirographario, obnoxia. Concordat hæc ratio cum feudorum nostrorum origine, qualis qualis etiam illa est. vid. *Dissertatio Engelbrechtio-Bernstorffiana de sing. feud. Mecklenb. jurib. Sect. 2. §. 2.* Legatur etiam *Cl. Dn. Eckhard* in eleganti scripto, von denen schwer zu bekehrenden Wenden/ und daher eingeführten fremden deutschen Adel in Mecklenburg publ. 1728.

## Positio V.

Quæ nul-  
li præju-  
dicat.

Nemo putet hanc assertionem ulli parti aliquid detrahere, vel eandem pugnare cum verbis passim obviis: aus der gottseligen Vorfahren Begnadigungen/ vid. *Project. tit. 7. art. 6.* Quis enim gratiam, in reservato etiam, excluderet. Sed non est animus hæc hodie multis rimari, vel cum iis decertare, qui, ex *Helmolde*, dubiam reddunt oblationem. Maneo enim in receptiori, bene interea gnarus, distinctionem inter feuda data & oblata cum grano salis esse adhibendam. Vid. interim *Celeb. Hanaccii Tr. de eo quod refert, feudum esse datum vel oblatum.* Conf. B. HORNII *Responsum de Successione Megapolitana.*

Posi-

## Positio VI.

Si quis desiderat proximius meæ assertione accedentia, evolvat *B. Antecessoris in hac Alma LINDEMANNI Exercit. Feud. Cap. 5 §. 38* ubi ingenue satis exponit quod absque pacto inter Dominum & Vasallos hoc beneficium filiabus non potuerit concedi,

Judicium  
Linde-  
manni.

## Positio VII.

*Wesenbecius loco citando n. 56.* idem esse scribit, an hoc jus appelletur beneficium, statutum, consuetudo vel privilegium; Sed interest & refert omnino; Utut, quoad effectum interpretationis, vel latioris, vel strictioris, non adeo captandum quidquam sit. Regitur enim hoc jus propriis suis limitibus, & sicuti terminus ususfructus non est apprehendendus in detrimentum juris Virginum, sic a natura beneficiorum nihil pro illis est eliciendum. *Quæ idem Wesenbecius n. 44.* pro argumentatione extensiva habet a favore mulierum, a reductione rei ad statum regulæ, ab exorbitantia juris feudalis, & quæ sunt alia, non quadrant. Et quorsum tenderet interpretatio lata, nunquam enim cum Principe facile colliduntur Virgines.

Notatur  
Wesen-  
becius.

## Positio VIII.

Non possum non hac occasione eorundem taxare errorem, qui fugitivo consilio scribunt, feuda Megapolitana

Et alii,



politana esse in genere feminina ; *Quamdiu Extranei hunc errorem errabunt cum Mylero ab Ebrenbach de Princip. Imp. Cap. 24. & Beiero ad Schnobelium, veniam dabimus; Quoties ipsis scilicet sermo est de feudis mediatis; Nam qui ipsum Ducatum Mecklenburgicum appellant feudum Imperii femininum, non merentur, quamvis Extranei, Germani tamen, ut in aliis legantur. Dantur tamen feuda in nostra provincia feminina, qualia etiam, novissimis temporibus concessa scio. Sic enim e. gr. feudum Dannewaldeanno 1707. ill. Dn. de Waldow a Serenissimo Duce Adolpho Frid. gl. mem. hoc tenore concessum: dergestalt / daß im Fall oftgedachter Ober. Schenck von Waldow, oder dessen letzter männlicher Leibes. Lehn. = Erbe in absteigender Linie durch den Tod verfiel / es alsdenn auf seine Töchter / und deren männlichen Descendence kommen und fallen soll. Conf. TORNOV. P. I. p. 211. qui de feudis Hintzenhagen & Varchentien affirmat, quod feminina omnino sint.*

## Positio IX.

Verus  
conce-  
ptus hu-  
jus Juris.

Solet vulgari tenore hoc privilegium describi per *USUMFRUCTUM*; Est ita quidem, quod terminus in studio juris non detur, qui propius accederet; Verum cavendum ubique est a Conclusionibus ab Usufructu petendis. Est enim jus quoddam singulare, quod inter notiones alias in schola obvias fluctuat; Habet suos limites, qui ex nullo, alio principio volunt definiri, quam

quam qui regunt universum jus feudale, nempe literis publicis, & quæ ipsis æquipollere dicimus, Casibus & Consuetudinibus,

### Positio X.

Verfor in spicilegio ; Ergo nemo miretur, me multa, quæ fatis apud alios, præsertim *Dn. Lautzovium*, obvia, ne quidem tangere. Utut nonnulla, in quibus dubium mihi remansit, vel quæ placidam merentur dilucidationem, ab eodem Viro inlyto memorata, & hic sint obventura. Subiectum hujus juris particeps eleganter per omnes Casus possibiles consideratum invenio ; Interim sequentes ad ventilandum proponam Casus :

Subje-  
ctum hu-  
jus juris  
particeps.

An Virgo nobilis, cujus Pater nunquam vixit in hoc territorio, habeat hoc jus Usufructuarium ? Affirmo. vid. Posit. X. *Conf. Project. Tit. 7. art. 7.*

An si decesserit Vasallus post se relinqvens filiam & ex filio neptem, hæc concurrat, vel si sola adsit, hoc jure utatur ? Affirm. *Conf. Projectum Tit. 7. art. 10. 11.*

Filia ex filio Avum excludit, si ille in gratiam filii renunciaffet feudo. *Conf. Project. Tit. 7. art. 20.*

### Positio XI.

Quæ Virgo hoc sensu nobilis ex nullo alio schemate erit decidendum, quam ex sola quæstione: An pater fuerit investitus, *Conf. TORNOV. P. 1. p. 207. sqq.*

Quæ vir-  
go nobi-  
lis.

Posi-

Positio XII.

Casus singularis.

Solet theoria varios sibi fingere casus possibiles: sed vix tales, qui non aliquando emergunt. Placet igitur amplioribus illum exponere, qui huic scriptioni dedit occasionem. Placet aliquatenus inferere Responsum, quod, salvis rectoribus, conceptum. Casus ita formabatur: Lucius verstirbet ohne hinterlassung männlicher Leibes. Erben / und seine zweene Brüder Persius und Pompejus muthen nach seinem Tode verschiedene auf sie nunmehr devolvirte altväterliche Lehn. Güther / erhalten auch darüber den Lehns. Herrlichen Muth. Schein. Zu würcklicher possession aber der Güther gelangen diese Brüder nicht / weil Lucius eine Tochter hinterlassen / welcher / verindge alter Landes. Gewohnheit / der Ususfructus davon ad dies vitæ competiret. Zwey Jahre nach Lucii Tode stirbt der eine Bruder Persius, und hinterlässet etliche Söhne. Nach einiger Zeit stirbet auch Pompejus, und hinterlässet etliche Töchter / und endlich stirbet auch des Lucii Tochter / die bißdahero die Lehn. Güther jure ususfructus genossen. Entstehet also nunmehr die Frage: Ob des Pompeji Töchter / da die successio feudalis von Lucii Güthern auch auf ihm zur Helffte würcklich mit devolviret gewesen / und die possession nur durch der vorigen Erb. Jungfer ususfructum suspendiret / zur Helffte das Erb. Jungfern. Recht prætendiren könne / oder / ob sie von des Persii Söhnen schlechthin excludiret werden? Respondi ego pro his Pompeji filiabus. Argumenta

menta in nuce hæcerant: Daß nicht etwa eine bloße spes  
den Agnaten zu gute komme / so lange die Erb-Jungfern  
leben / sondern daß sie schon würcklich als proprietarii,  
die sich auch Herren der Güther tituliren können / an-  
zusehen / weil ein jeglicher Ususfructus einen Proprietari-  
um relative supponire / wobey nicht unbekandt / quod  
usufructuarius rem non possideat, sed tantum usumfru-  
ctum. *Vid. Cothm. Resp. Vol. 5. R. 15. n. 26.*

Und daß dieß alles aus der richtigen idea dieses Ju-  
ris fliesse / allermassen dieses nach seiner ersten Stiff-  
tung / welche sich / weil es mit der gemeinen Erzählung  
etwas unsicher / auf Gnaden und Pacta begründet /  
nichts mehr intendiret / als daß / so wie durch Bezah-  
lung der Schulden / die Ehre der bisherigen Linie, auch  
durch die Genießung der Revenues, die Descendence  
desselben im ersten Grad gegen Mangel des Unterhalts  
verwahrt seyn möchte. In Betracht / daß Unver-  
heyrathete nach ihrem Tode nichts brauchen / und der  
Verheyratheten Kinder eines andern Schildes und  
Helms sind / wofür derselben Väter sorgen mögen;  
Nicht zu gedencken / daß sie in Mecklenburg immer  
wohl versorget bleiben. Man müsse hiebey feste setzen  
die NB. nothwendige Muthung / dergleichen eine  
feudi devolutionem, besonders allhier supponiret.  
*Conf. Hornii Jus Feud. Longob. Teut. Cap. 17. §. 4.*  
Und folglich die aus derselben Unterlassung erwach-  
sen könnende Gefahr / und überall statuiren / daß nach  
Abgang der Erb-Jungfer die Agnaten nicht derselben /  
sondern derselben Vater succedirten / angesehen eine  
solche

B

filia usufructuaria niemahls als succedirend in dem Lehn anzusehen / und zwar in sensu juridico feudali; Nach welchem Principio denn / die etwa in den Reversalen anstößige Worte: e. g. angefallen / ja der ganze Nahme einer Erb-Jungfer müste erkläret werden; Vornemlich da die Restrictio in verbis adjectis deutlich: jedoch nur jure Ususfructus; Welches denn auch sattsamer Modus und Effectus dargäben / sintemahl der Genuß sehr beschränckt / so daß sich wohl alle idee einer Lehns-Succession verlehrt; Welches durch Exempla dargethan.

Hiebey sey der Stilus der alten Jctorum Mecklenburgensium wohl zu notiren / diese aber hätten allezeit geschrieben / daß die Lehn-Güther dermassen den Agnaten anheim gefallen / daß sie / nicht weniger / als wenn sie den vollen Besiß und Genuß erlanget / die Lehne muthen müsten. Mit kurzen / es sey der Agnatus schon als ein Possessor zu consideriren in sensu juris, und würde er nur als in einer Art von Servitut von dem vollen Exercitio seines Dominii abgehalten / wie solches die Nexus, die schon die Virgo mit ihm hätte breiter erwiesen / als z. e. die Reichung eines Inventarii, Bestelung der Caution, Abliefferung der Papieren u. d. g. Salvo rectiori.

### Positio XIII.

Casus affinis,

Matthaeus Wesenbecius Jctus Jen. & Witteb. denatus Anno 1586. P. I. Cons. I. Specialem controversiam

fiam circa hoc jus Virginum nobilium enatum recen-  
set, & quantum in ipso Consulente erat, determi-  
nat. Placet casum in terminis exscribere, quia Consi-  
lia Wesenbeciana, ob majorem & pretiosorem mo-  
lem, in pauciorum sunt manibus: *Defuncto sine liberis*  
*maribus Jodoco Remo ex nobilitate Marchica, unde ori-*  
*undus erat, & ubi domicilium habuit, oritur de posses-*  
*sione feudorum Megapolitanorum lis inter filiam ejus*  
*relictam, quæ, pro Consuetudine loci, usumfructum*  
*in illis petit, & agnatum proximum Ernestum simulta-*  
*næ investitum, qui contradicit, præferrique filie postu-*  
*lat. Commissarii Principis ad id delegati possessionem filie*  
*adjudicarunt, reservato petitorio ipsi Ernesto.* Integrum  
hoc Responsum militat contra Extraneam; Sed rectior  
nihilominus erit sententia, quod pro illa fuerit pronun-  
ciandum; Verba, quæ captat ille ex extensione Juris  
hujus ad Dynastiam Stargardensem e. gr. *Besessen* / fa-  
cile pro illa explicantur, quia Vasallus Meclenburgicus  
fatis est possessionatus. Quæ n. 54. de declaratione  
Principis contra extraneam habet, nil impediunt, siqui-  
dem eandem appellat declarationem priorem. Sufficit  
ipso Commissarios pro eadem pronunciaffe. Con-  
sentit mecum *B. Tornov. P. I. p. 217.* Miror, quod ha-  
ctenus, in tanta controvertendi luxuria, nondum ob-  
venerit litigatio, quæ Virgini, Extraneo in matrimoni-  
um elocato, hoc jus redderet dubium.

## Positio XIV.

Semel per fratrem exclusa virgo semper manet  
exclusa; Et quæ de posthumo fraterculo intra octidu-

Semel ex-  
clusa sem-

per exclu-  
ditur,

um ab exclusione moriente, sentiunt alii, me non feriant. *Conf. Diss. Engelbrechtio - Bernstorffiana Sect. II. §. 23.* Suppono tamen, posthumum vivum, ex requisitis juris communis, in lucem fuisse editum. Illubenter a *ROSENTHALIO* divorcium facio, sed hic urget necessitas, vid interim ille *Cap. 7. Conclus. 44 sqq.* Nil obstat Projectum *des Mecklenbl. Lehn-Rechts* tit. 7. art. 19. propter notoria, imò videatur nota ad illum articulum.

### Positio XV.

Non im-  
pediunt  
filii ante  
patrem  
mortui,

Sophistica fuit illa observatio, qua nonnemo aliquando usus fuit, quod filii etiam non superviviscentes patrem excludant filias. *Vid. MEVIUS Consil. 77. n. 35. f.*

### Positio XVI.

Objectum  
est feudum.

Pergo ad objectum circa quod, quod uno verbo feudum est, nec quicquam annotandum hic habeo præter illustrem controversiam :

EtiamMa-  
reschallo-  
rum,

An Virgo usufructuaria existere possit in feudo cui cohærebat illustris dignitas hæreditaria, Mareschallatus provincialis? Ego in affirmativam eo. Legantur quæ inter *B. Volradum Preen & Dominos Moltzanios* de ea re fuere disputata apud *B. COTHM. Vol. II. Resp. 67. Conf. Resp. 89. n. 86.*

Posi-

## Positio XVII.

An nonullarum partium hujus Provinciae dispar  
 qua hunc passum nexus sit? Hac vice indagare super-  
 sedeo. De terra Stargardenfi præter notorietatem mo-  
 dernam illud ex *Wejenbecii Consilio* allegato patet,  
 quippe JCtis Wittebergensibus tunc exhibitum fuit  
 privilegium ad instar, his verbis: **Wir begaben und**  
**begnaden alle Frauen und Jungfrauen in dem Lan-**  
**de Stargard besessen / die nun sind und zukommen**  
**mügen zu ewigen Zeiten / mit solcher Gnaden. Ge-**  
**wohnheit und Gerechtigkeit als in unsern Lande zu**  
**Mecklenburg und Wenden stette Gewohnheit und**  
**Recht ist / Erben und Lehn die Zeit ihres Lebens**  
**zubesihen.** Introductio illa in Dynastiam Stargardien-  
 sem facta est anno 1427 teste Chemnitio.

An per u-  
 niversam  
 Megapo-  
 lim.

## Positio XVIII.

Satis de subjecto & objecto. Quod ad modum  
 obtinendi & ea quæ circa exordium hujus juris veni-  
 unt attendenda, statuo:

Qua mo-  
 dum.

Quod ad inventarium conficiendum obligata sit  
 virgo; &

Tenetur  
 V. U. ad  
 inventa-  
 rium.

Quod, utut ad cautionem regulariter non sit obli-  
 gata, tamen in exceptione, in casum deteriorationis,  
 ad eandem teneatur præstandam.

Et inter-  
 dum ad  
 cautio-  
 nem.



## Positio XIX.

Qva effe-  
ctum.

Qva effectum, nihil mihi fere a *Lautzovio & Tor-  
novio* fuit relictum. Placet tamen sequentes formare  
assertiones:

De melio-  
rationi-  
bus litera  
clara.

Qva meliorationes & deteriorationes, textus *Re-  
versalium* non est obscurus.

Servitia  
quomodo  
præstan-  
tur.

Servitia, ex communiori doctrina, præstat filia  
Usufructuaria; Verum placet mihi defendere mediam  
sententiam, salva rectori, scil. quod Agnatus teneatur  
ad illa, sumptibus tamen virginis nostræ. Argumen-  
tum meum a juramento palpabile forte est; Et nihil ob-  
stat, quod dentur feuda injurata, nam hic qva vir-  
ginem planè nullus adest nexus feudalis.

Maritus virginis nostræ non obligatur ad præsta-  
tionem juramenti fidelitatis. Nil obstat projectum.  
Consequenter non obligatur ad servitia; Liceat in hoc  
puncto placide dissentire a *Dom. de LAUTZOW*.

## Positio XX.

Quid ju-  
ris circa  
res alie-  
num.

Qvæstio: An & quatenus Virgo nostra teneatur  
ad solvendum sortem aeris alieni? Pomum Eridos  
est. Omnem rem in negativam definire videtur ar-  
ticulus *Reversalium*; Sed verba patiuntur limitatio-  
nem

nem in contrarium. Consentit *B. TORNOV. P. I. p. 231. Conf. Dn. de LAUTZOW C. II. n. 68. sqq.*

## Positio XXI.

Quæ ulterius de limitibus hujus juris dicenda veniunt, multa ex parte sunt in sæpe laudata disputatione; Imo postquam *B. Tornovius* jam instituit spicilegium, id quod ipse in Operis sui *P. I. p. 210.* exprimit, forte mihi spicilegium post spicilegium facienti nihil superest. Verum & tertias adhibuisse curas haud tædet; Detur igitur gratiofus locus hisce positionibus, quæ de ipso jure virginum in exercitio ejusdem conceptæ sunt:

Ulteriora  
de limiti-  
bus,

Virgo Usufr. Meckl. Jurisdictionem exercet etiam altam, magis ex moribus quam reservati intentione & tenore; Jurisdictionem enim superiorem parum habere in fructu, sed potius onerosam satis esse, quis est qui nesciret.

V. U. exer-  
cet Juris-  
dictio-  
nem,

## Positio XXII.

Jus Patronatus, si quod tale feudo cohæret, non competit virgini nostræ. *B. TORNOVIUS* hanc quæstionem frigide tractat *P. II. p. 251.* utiturque particula *forfan*; Quæ idem habet de marito instar Procuratoris hoc jus exercente, non placent mihi,

Non vero  
Jus Patro-  
natus.

Posi-

### Positio XXIII.

Homini-  
bus pro-  
priis uti-  
tior frui-  
tur.

Qua Jus in Homines proprios, puto, quod præter indubitata adhibitionem ad quævis negotia, non facile quidquam virgini competat.

Omniū minime manumittere potest illa. Vid. TORNOV. P. II. p. 198. Consensum interea in nuptias illi haud denegarem.

### Positio XXIV.

Quomo-  
do expi-  
ret hoc  
jus.

Quomodo tandem expiret hoc jus, satis ex natura & textu Reversalium patet; Et distinctio qua jus accrescendi, utrum sorores feudum pro diviso an vero pro indiviso possederint, non amplius patitur contradictionem. Utrum filia nobilis aliquid transmittat ad hæredes, scil. de fructibus nondum perceptis? Et num forte attendendus veniat certus quidam anni passus? Negative ab aliis deductum, monstratumque est, quod fructus pendentes simpliciter fiant agnati, modo idem satisfecerit heredibus virginis qua semen & impensas. Vid. Diss. Engelbrechto-Bernstorff. §. 24. Sect. II.

### Positio XXV.

Miscella-  
nea.

Placet nunc miscellaneas quasdam observationes, quales ex natura spicilegii formandas habeo, annectere.

Responsum Wesenbecianum sæpe allegatum ubique testatur, quam inconveniens sit, in quæstionibus juris

juris particularis Jctos Non-Patrios in consilium vocare. Jus patrium a Jctis domesticis est petendum, illis enim turpe est, jus in quo versantur ignorare. In Saxonibus enim non magis aegre ferendum est, quod de Jure Mecklenburgico intricatiori non accurate respondeant, quam si Mecklenburgici Jus Saxonicum se non in omnibus apicibus callere ingenue profiteantur. Exempli loco, qua Consilium Wefenbecianum sit n. 55. ubi ita scribit: *Quamdiu superstes ex familia agnatus, ne filiae quidem isto beneficio seu privilegio juvari debent.* Et post nonnulla: *Princeps enim voluit hanc gratiam filiabus facere eo casu, quando feudum ob stirpis masculinae & investitorum defectum SIBI aperiretur; Non etiam quando adhuc investitus superesset - - .* Et porro n. 56. *statutum qualificat foeminas ad capacitatem ususfructus feudalis, quoties feudum DOMINO aperitur.* Absint tales assertiones deviantes per omnem modum.

Notatur  
Wefen-  
becius.

Qua con-  
ceptum  
hujus Ju-  
ris in de-  
fectu,

### Positio XXVI.

Largus est Wefenbecius in adhibitione termini simultaneae investiturae. Saxonizat ille in causa Mecklenburgica. Multa est distinctio inter simultaneam manum die gesamte Hand / & simultaneam investituram die Mitt-Belehnschaft / id quod nuper ampliffimis deduxi, nomine Facultatis, in causa *Kisleben* contra *Kisleben*. Conf. *COTHMANN*. Vol. I. Resp. 26. in causa *Habniana*.

Qua ide-  
am simul-  
tanei.

### Positio XXVII.

Peregrina a vero est assertio Wefenbecii n. 58 quod foeminae Mecklenburgicae qualificentur per privilegium ad successionem feudalem; Nam foeminae nostrae non succedunt in feuda,

Qua con-  
ceptum  
hujus Ju-  
ris in ex-  
cessu,

c

Posi-

## Positio XXVIII.

An den-  
tur pacta  
contra-  
ria.

Scribit Wefenbecius n. 61. quod in familia de qua ipsi sermo est, in Megapoli, obtineat consuetudo contra privilegium illud foeminarum. Verum, utut nullus dubem, quin pactis familiarum talia introduci & a Domino directo approbari possint, tamen omnis indagatio exempli hactenus mihi fuit frustranea. Interea, si vera ipsi sunt relata, non opus fuisset aliis infinitisque ambagibus, sed hæc sola consuetudo potuisset causam definire. Conf. n. 66. ubi idem illustris JCrus differit pro talis consuetudinis & pacti familiæ robore.

## Positio XXIX.

Quatenus  
obstat Te-  
stamentū  
paternū.

Pater filiæ hoc jus testamento adimere non potest. An autem exheredabilis hoc jure privari possit? alia est quæstio: Ego puto quod sic.

## Positio XXX.

Non po-  
test hoc  
jus retor-  
queri.

Retorsionem adversus vicinas provincias non patitur hoc jus. Conf. Posit. XIII.

## Positio XXXI.

V. U. ex-  
tradat  
docu-  
menta.

Virgo usufructuaria extradere debet agnato proximo documenta & quævis papyracea vel membranacea.

Posi-

## Positio XXXII.

Placet alium casum ex jure hoc usufructuario facile nascentem proponere, & adhibere illum, qui in florentissima familia Koppeloviana anno 1670. emerfit; Moriebatur Vicko v. K. post se relinqvens in feudo Reptzin filiam usufructuariam; Post annos illa decebat & concurrebant ad dictum feudum diversi Koppelovii & quidem tales nunc, quales tempore mortis Vickonis non fuissent in pari proximitate; Nam tres erant Fratres, Vickonis Agnati, ex quibus cum Vicko moreretur unus vivebat tantum, excludens fratrum suorum liberos; Cum autem Virgo diem obiret supremum, trium illorum fratrum liberi in pari illi erant gradu. Quærebatur ergo quomodo succederent? Respondebant nostri Antecessores, ex pluralitate votorum, successionem non secundum tunc, sed secundum nunc esse adornandam, ex ratione: *Weil der Erblehns-Fall nach Anweisung der Reverfalen von Zeit der Erb-Jungfern Tod zu consideriren.* Sed ego accedo tunc dissentientibus, ex momentis in adjecto Responso exhibitis. Ad vocem Reverfalium: *Angefallen* / quæ movit majora, putantia, successionem regi a tempore mortis virginis, facile potuit responderi ex verbis statim sequentibus: *Doch allein jure ususfructus; Ubi usufructuarius ibi est proprietarius.* Ergo,

Mortua Virgine usufr. succeditur secundū tunc, non nunc.

## Positio XXXIII.

H. v. Viereggen Creditoribus nonnullæ pertinentiæ ex ipsius prædiis erant adjudicatæ: Filia usufructuaria, Uxor Adami Pentzen, pro amplificando usufructu reunionem pertinentiarum, vigore Resolut. Sereniss. de dato 23 Maji Anno 1651. facere volebat; Quærebatur

An V. U. reunire possit pertinentias?

C 2

ergo

ergo: An fundata sit intentio? Fluctuarunt Collegæ in Facultate; Tandem ex pluralitate responsum fuit anno 1669. Daß Ihr die preference in Einlösung der adjudicirten pertinentien des Guths Radum, vor Ihres seel. Vaters Bruder zustehe/und sie dabey Zeit Lebens zu schütten sey/ auch also deren Vorthail zu genießen habe. Adscriptis H. L. ita ex mente quorundam Dn. Collegarum responsum hoc concipere volui, cum tamen ego dissentiam. Elegans certe est problema.

### Positio XXXIV.

Quis fe-  
rat casum  
fortui-  
tum.

Memorabilis etiam & proh! non adeo infreqvens casus est, qui ad Facultatem juridicam hujus Almæ fuit delatus anno 1648. finito bello tricennali; Obtinuerat Virgo nobilis de W. feudum vario aere alieno gravatum, bellique injuria eandem per annos plane deserere prædium jusserat: Interim cursus usurarum continuatus ita easdem auxerat, ut lubentius jure suo cedere, quam illis solvendis sese submittere vellet. Quærebatur ergo: Obder casus fortuitus Ihr oder denen Bettern / ratione der Bezahlung der interim aufgeschwollenen Zinsen zur Last kähme? und ob nicht in specie, wenn sie jeho da das Lehn-Guth noch völlig so viel wehrt als die Capitalien und Zinsen so darauf haßteteten / Ihr Recht aufgäbe / die Bettern schuldig dasselbe cum omni illo onere anzunehmen oder den Verkauf zu gestatten. Allegabatur l. 36. ff. de Usufr. quæ absolvit usufructuarium ab oneribus si occupatione hostili res usui subtracta. Removebantur verba Reversalium: so lange sie sich Ihres

Ihres privilegii gebrauchen / gebürlich verzinſen. Vocabatur ulterius in ſubſidium vulgatum ſatis, qvod uſu-fructuarius non teneatur de caſu fortuito. Reſponderunt Anteceſſores pro Conſulente Virgine, Ego in alia irem.

## Poſitio XXXV.

Aliis terminis involutus caſus ſeſe cum multis ſimilibus prodidit mediis in calamitatibus belli tricennalis. Erit & re, eundem ex integris literis ad Facultatem nomine Kardorfiano diſtinctiſſimè datis huc referre. Ita autem fluit: Ich kan nicht verhalten / wie daß mein Schwieger-Vater R. v. P. wie er fürm Jahr mit Tode abgegangen / keine Söhne / ſondern nur Töchtere / deren geliebte Mutter / und ſeine Lehen-Güter / nebenſt etzlichen darauf haſtenden Schulden hinter ſich verlaſſen; Ob nun woll nach den kundbahren Land-Gebrauch alsbald die Lehen-Güter / nebenſt d. n darauf haſtenden Schulden / an den nächſten Lehen-Folger / und die Abnuhunge ſolcher Lehen-Güter auf die Töchtere die Zeit ihres Lebens dergeltalt gefallen / daß von der jährlichen Abnuhunge ſolcher Lehen-Güter die Vatterlichen Schulden jährlich müſſen verzinſet werden / ſo ſeynd doch die Schulden ſo hoch / daß auch ein Frembder für das Guth / welches ich mit meiner geliebten Hauß-Frauen von meines Sehl. Schwieger-Vaters Gütern einhabe / und gebrauche / an jährlicher Pension nicht mehr geben würde / als die jährlichen Zinſen austragen.

Weil denn nun nichts deſtoweniger von ſolchem Gute iho jährlich wegen dieſes beſchwerlichen Krieges-Weſens / allerhand Durchzüge / und Einquartierung



viele extraordinaire Contributiones, und andre Aus-  
 gaben nothwendig müssen erleyet werden / und man  
 dieselbe von der Abnuhunge des Gutes / woferne die  
 jährlichen Zinsen zu rechter Zeit jährlich sollen erleyet  
 werden / nicht nehmen kan / so halte ichs dafür daß solche  
 extraordinaire Contributiones, und andere dergleichen  
 Ausgaben / welche man von der jährlichen Abnuhunge  
 des Gutes / über die jährlichen Zinse nicht haben kan /  
 sondern man nothwendig aufnehmen muß / auch auf  
 das Lehen-Guth als Schulden müssen geschlagen / und  
 künfftig von den Lehen-Folger / nebst den anderen auf  
 den Gute habbenden Schulden abgetragen / auch also  
 damit meine geliebte Hauß-Fraue / und deren Schwe-  
 stern nicht können beschweret werden / sintemahl sonsten  
 meiner geliebten Hauß-Frauen / und deren Schwester  
 das Privilegium, welches den Erb-Frauen / und Jung-  
 Frauen / alhie in Fürstenthumb ist indulgiret / nicht  
 nützlich sondern schädlich / und also mehr ein Onus als  
 ein Privilegium seyn würde / zu dem auch notorium  
 daß solche extraordinaire Contributiones, und andere  
 dergleichen Auslagen nicht von denen Pensionariis, noch  
 den Pfandhaberen / sondern von den Eigenthumb's Her-  
 ren / und also auch von den Successoribus feudi müssen  
 richtig gemacht / oder den Pensionariis, Pfand-Ein-  
 habenen / und Usufructuariis von den proprietariis hin-  
 wieder erstattet werden.

Damit ich aber dießfals bestogewisser seyn müge /  
 als gelanget hiemit an E. E. meine Dienstfleißige Bitte  
 mich für die Gebühr des rechten zu belehren / ob nicht  
 der Successor feudil, daran der Eigenthumb desselben  
 nach meines Schwieger-Vaters Absterben gefallen /  
solche

solche extraordinaire Contributiones, und andere dergleichen Ausgaben / weil man dieselben über die jährlichen Zinsen von der jährlichen Abnutzung nicht haben kan auszustehen schuldig / und dieselben zu den vorigen Schulden auf das Guth billig geschlagen werden müssen / oder was sonstens disfalls Rechtens ; Den 10. Augusti Anno 1628.

Henning Kardorff.

Responderunt Domini Antecessoris in terminis hinc: Daß / gestalten Sachen nach / und nach Beschaffenheit und Umstände jetziger Zeiten / die auf die von Euch Eurer Haus-Frauen halber / Krafft des Mecklenburgischen Privilegii inhabenden Gütter gelegte extraordinaire Contributiones und Ausgaben so auf die Einquartierungen und Durchzüge gehen und gewandt werden / daferne daraus so viel nicht kan gehoben werden / daß dieselben über die Zinsen / welche wegen der auf dem Guthe haftenden Schulden jährlich zu entrichten / können abgestattet werden / auf die Lehne zuschlagen / und von den Successoribus feudi gleich andern dabey vorhandenen Schuld-Pösten abgetragen und richtig zumachen seyn. B. R. W. Sex Viri tunc in collegio viventes & ex literis initialibus L. S. A. H. J. S. T. L. J. S. & P. W. dignoscendi, unanimiter in hoc Responsum consenserunt.

## Positio XX XVI.

Memorabilis mihi speciatim visus eapropter est casus, quia ex literis, manu juridica, paucis a Reverfalium stabilimento annis scriptis, patet, quod nullum sibi fecerint

fecorint tunc dubium Jcti, ubiqve successorem appella-  
 re den Eigentums-Herrn; Id quod superius Respon-  
 sum confirmat. Scribitur notanter es sey ein lunds-  
 bahrer Landes-Gebrauch / daß alsbald die Lehn-Gü-  
 ther nebst den darauf hafftenden Schulden an den näch-  
 sten Lehns-Folger gefallen; Possunt inde junctis sequen-  
 tibus illustrari verba Reversalium, in quibus ponitur  
 daß die Lehn-Güther den Erb-Jungfern angefallen.  
 Quod ad rem ipsam, nec ego fuisssem contrarius, imo  
 ratione tributorum extraordinariorum adhuc uberiora  
 pro virginibus hisce defenderem, quam quæ Dn. Con-  
 sulens tunc intendebat.

## Positio XXXVII.

De Tor-  
 storff.

Litigium super prædium Torstorff, occasione hu-  
 jus Juris Virginum enatum, de quodestantur Acta Facul-  
 tatis de anno 1637. referre non vacat.

## Positio ultima.

Conclu-  
 sio.

Tandem & in eo vestigia sæpe laudati Dni. de  
 Lautzow sequimur, dum subjecit scripto suo protesta-  
 tionem de non præjudicando ulli parti; scripta enim  
 hæc omnia sunt pace aliorum, qui meliora didicerunt,  
 & salvo ubiqve rectiori atqve cujuscunqve jure.

S. D. G.

)o(

GENE-

GENEROSISSIMO DOMINO  
RESPONDENTI,

S. P. D.


PRÆSES.


**E**x utroque æstimabilis es *Vir Generosissime!* Virtus enim & Familia te nobilitant. Quantum ad familiam, res per se clara satis & notoria est; Ergo, ut quæ virtutes pariter fiat notorium, ipse sedulus allaboras, eumque in finem hoc præsens eruditionis specimen edere voluisti. Macete virtutem illam? Nemo nisi qui ad illustria aspirantibus inimicus est, hoc tuum institutum absque encomio observabit. Adesdum igitur in cathedra & post feliciter ornata hanc spartam undique conquire, quæ Te Patriæ possunt reddere utiliorem. Sunt sanè multa quæ requiruntur, ut quis laude dignior sit. Si quid autem est quod Virum Nobilem eminentiorem reddere potest, certe studium Juris & Historiæ Patriæ multam facit paginam. Dolendum igitur est acerbè, quod paucioribus ea placeant, & quod lubentius allotria & peregrina affectentur, quam quæ ante pedes & circum circa sunt. Principes & Patres patriæ eapropter fundarunt Academies in suis territoriis, ut filii indigenæ a Præceptoribus in domesticis juribus instruantur; Hinc absit vana opinio, quod sapientia ab exteris tantum sit petenda. Ridicula est dubitatio an Doctores in Academia patria tantum in tradendis habeant, sciant, quantum futuro Viro in patria inclytò sufficeret. Sed quilibet patiaturo suos manes; Nobis in hac Academia Doctoribus satis est voluptatis, quod neminem nostras scholas plane prætervehentem viderimus

D

quid-

quidquam pragmatici scire, quod nobis non esset vulgare  
& quotidianum. Age igitur *Generosissime Domine Respondens!*  
Tu, qui per annos apud nos diligenter versatus fuisti, & au-  
ge ex scholis nostris & aliorum quæ hæcenus in bonis habes.  
Ita ubique tuas partes observa, ut patria in te mox habeat,  
quo in rebus arduis & ambiguis uti frui queat. Floreat per  
te illustris familia, mihi que meisque ex tuo amore  
eveniat gaudium. Vale.





rdinaire Contributiones, und andere der-  
gaben/ weil man dieselben über die jährli-  
on der jährlichen Abnutzung nicht haben  
den schuldig/ und dieselben zu den vorigen  
das Guth billig geschlagen werden müs-  
sonsten disfalls Rechtens; Den 10. Au-  
28.

Henning Kardorff.

erunt Domini Antecessoris in terminis hi-  
estalten Sachen nach/ und nach Beschaf-  
umstände jetziger Zeiten/ die auf die von  
haus-Frauen halber/ Krafft des Mecklen-  
viiegii inhabenden Güther gelegte extra-  
tributiones und Ausgaben so auf die Ein-  
und Durchzüge gehen und gewandt  
ene daraus so viel nicht kan gehoben wer-  
selben über die Zinsen/ welche wegen der  
e haftenden Schulden jährlich zu entrich-  
bgestattet werden/ auf die Lehne zuschlas-  
den Successoribus feudi gleich andern das  
nen Schuld-Pösten abgetragen und rich-  
feyn. B. R. W. Sex Viri tunc in colle-  
ex literis initialibus L. S. A. H. J. S. T. L.  
dignoscendi, unanimiter in hoc Respon-  
runt.

### Positio XX XVI.

abilis mihi speciatim visus eapropter est ca-  
teris, manu juridica, paucis a Reversali-  
to annis scriptis, patet, qvod nullum sibi  
fecerint